

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Liber VI.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

IN VI. VALE-
 RII FLACC. LIBR. ÆGI-
 DII MASERII AR-
 GUMENTUM.

M Ars furiis agitur. Minyarum fœdera Perſes
 Quaritat. Auxilium Seythicis profertur
 ab oris.

Æſoniden Pallas ſequitur: fratremq; Me-
 Candenti deturbat equo ſemotus Amychis (dantis
 Candenti deturbat equo ſemotus Amyclis
 Caſtor. Styre fugis: nec cœſum credis Anauiſim
 Saucius. in Minyas compellit Jaziga Mavors
 Gefandram. Canthus rapitur pro corpore pugna
 Exoritur. curru Euryale indignata receptum
 Vindicat. inq; tui falces Ariafmene currus
 Laberis. ignotis Juno implet Colehida curis
 Miratur virgo pugnas. cadit enſe Colaxes
 Æſonie: damnat divorum Oracula Peries.

C. VALERII FLACCI
 SETINI BALBI ARGO-
 NAUTICON

LIBER VI.

AT vigil hiſeſem ardet Furijs Gradivus, &
 acci

Corde tumet; nec quas acies, que caſtra ſequatur;
 Invenit: ire placet tandem, præſensq; tueri,
 Si ernere ſi Minyas, magnaq; rependere luctu
 Regis pacta queat; Grajamq; abſumere puppin:
 Impulit hinc currus, monſtrum irrevocabile belli.

Concutiens, Scythiaque super tentoria sistit:
 Protinus è castris fugit sopor; excita tela;
 Turbati coiere duces: hos in super ingens
 10 *Fama movet, ratè que sacra vulgabat Achivos*
Advenisse, sui reperentes vellera Phryxis
Quos malus hospitio, junctaq; ad fœdera dextra
Luserit Aetes, atque in sua traxerit arma.
 Ergò, consilij dum nox vacat alta movendis,
 15 *Legatos placet ire duces: mandataq; Perses*
Edocet affari Mynyas, fraudemque tyranni
Ut moneant; quisnã hinc animos averterit error;
Se primum Hemonijs hortatum ea vellera terra
Reddere, & exuvias pecudis dimittere sacra:
 20 *Hinc odium, & tanti venisse exordia belli.*
Quin potiùs dextramque suam, suaque arma se-
quantur,

Aut remeent; neq; enim Aeta promissa, fidemq;
 Esse loco; abstineant aliena à sanguine pugne:
 Non illos ideo tantos venisse labores
 25 *Per maris ignoti. quid opus concurrere, nec quos*
Oderis? hæc medio Perses dum tempore mandat:
Aureus effulsit campis rubor; armaq; & acres
Sponte sua strepuere tubæ: Mars sevens ab aliis
Hostis Io, conclamat, equis, agite, ite, propinquat:
 30 *Ac simul hinc Colchos, hinc fundit in æquora*
Perses:

Tunc & quæque suis committit prælia terris,
 Voxque dei pariter pugnas audita per omnes.
 Hinc, age, Riphæo quos videris orbe furores

Musa, mone; quanto Scythiam molimine Perses
Concierit, quis fretus equis per bella virisque. 35

Verum ego nec numero memorem, nec nomine
cunctos

Mille vel ora movens; neque enim plaga genti-
bus ulla

Ditior: eterno quanquam Maotia pubes
Marte cadat; pingui numquam tamē ubere desit,
Quod geminas Arctos, magnumq; quod impleat 40
anguem.

Ergo duces, solasque, deæ, mihi promite gentes.

Miserat ardentem, mox ipse secutus, Alanos,
Heniochosq; truces, jam pridem infensus Anaustis;
Pacta quod Albano conjunx Medea tyranno:

Nescius, heu, quanti thalamos ascendere monstri 45
Arserit, atque urbes maneat qui terror Achaas;
Gratior ipse deis, orbaque beator aula.

Proxima Bisalta regio, ductorq; Colaxes
Sanguis & ipse deum; Scythicis quem Iupiter oris
Progeniit; viridem Miracem, Tibisenaq; juxta 50

Hostia; semifero (dignum si credere) captus
Corpore, nec Nympha geminos exhorruit angues.

Cuncta phalanx, insigne Jovis, calataq; gestat
Tegmina, dispersos trifidis ardoribus ignes.

Nec primus radios, miles Romane, coruscis 55

Fulminis, & rutilas scutis diffuderis alas,
Insperat auratos collegerat ipse dracones
Matriis Horæ specimē, linguisq; adversus utrimq;
Congruit, & tereti serpens dat vulnere gemme.

- 60 Tertius unanimis veniens cum milibus Auchus
Cimmerias ostentat opes; cui candidus olim
Crimis inest, natale decus; dat longior etas
Jam spacium, triplici percurrens tempora nodo:
Demittit sacro geminas à vertice vittas.
- 65 Dathin Achemenia gravior de vulnere pugna.
Misti in arma Darabs; acies quem Martia circū
Gangaridūm, potiq; Gerys quos efferat unda,
Quique lacum cinxere Bicen: non defuit Anxius,
Non Radato cum fratre Fidon: lacesinaq; levo
- 70 Omine, fatidica Phryxus movet agmina cerva.
Ipsa comes, setis fulgens, & cornibus aureis,
Ante aciem celsi vehitur gestamine conti;
Mesta necis seve luco reditura Diana.
Movit & Hylea supplex cum gente Syenem
- 75 Impia germani pratentans vulnera Perses.
Densior haud usquam, nec celsior extulit ulla
Silva trabes; fessaque prius rediere sagitta,
Arboris ad summum quàm pervenere cacumen.
Quin & ab Hyrcanis Titanus expulit antris
- 80 Cyris in arma viros: planstrisq; ad praelia cunctas
Coraleta traxere manus: ibi sutilis illis
Et domus, & crudo residens sub vellere conjunx,
Et puer è primo torquens temone cateias.
Linquntur abruptius pelago Tyra; linquntur &
mons
- 85 Ambenus, & gelidis pollens Ophiusa venenis.
Degeneresq; ruunt Sindi; glomerantque paterno
Crimine, nunc etiam metuentes verbera turmas.

Hos super eratam Phalces agit equore nubem,
 Cum fremitu: densiq; levant vexilla Coralli:
 Barbaricæ quis signa rota, ferrataq; dorso 90
 Forma suum, trucaq; Jovis simulachra columna:
 Prælia nec rauco curant incendere cornu;
 Indigenas sedrite duces & prisca suorum.
 Facta canunt, veterumq; viris hortamina laudes.
 Ast ubi Sidonicas inier pedes equat habenas; 95
 Illinc iuratos secum trahit Æa Baternas:
 Quos duce Tentagono, crudi mora corticis armat,
 Æquaano nec ferro brevior, nec romphea ligno.
 Nec procul albentes gemina fert achylde parmas,
 Hiberni qui terga Noe, gelidumque securi 100
 Eruit, & rota non audit Alaxona ripa:
 Quosq; Tarax, nivæumq; ferax, Euarchus olorū.
 Te quoque venturis ingens Ariasmene sacris
 Tradiderim; molem belli, lateque ferentem.
 Undique falcatos deserta per æquora currus. 105
 Insequitur Drangæa phalanx; claustrisq; profusi
 Caspiade: quis turba canum, non segnius acres
 Exilit ad lituos, pugnasque capessit heriles:
 Inde etiam par mortis honos; tumulisq; recepti
 Inter ados, postiusq; virū: nam pectora ferro, 110
 Terribilesque in nexa iubas ruit agmine nigro
 Latratūque cohors: quanto sonat horrida Divis
 Janua, vel superas Hecates comitatus ad auras.
 Ducit ab Hyrcanis vates sacer agmina lucis
 Varus: eum Scythiæ jam tertia viderat ætas, 115
 Magnanimos Minyas, Argoaque vela canentem.

- Illius & dites monitis spondentibus Indi,
 Et centum geminae longeva novalia Thebes,
 Totaque Riphæa Panchaia rapta triumpho.
 120 Discolor hastatas effudit Iberia turmas,
 Quas Otaces, quas Latris agunt, & raptor amoris
 Neurus, & expertes canentis Iazyces avi.
 Namque ubi jam, viresque alia, notosque refutat
 Arcus, & inceptus jam lancea temnit heriles;
 125 Magnanimis mos ductus avis, haud segnia mortis
 Jura patis; dextra sed care occumbere prolis
 Ense dato: rumpuntq; moras, natusq; parensq;
 Ambo animis, ambo miseri tam fortibus actis.
 Hic & odorato spirantes crine Micele,
 130 Cessæque manus; & qui tua jugera nondum
 Eruis ignotis infons Arimaspe metallis.
 Doctus & Auchates patulo vaga vincula gyro
 Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.
 Non ego sanguineis gestantem tympana bellis
 135 Thyrsagetem, cinctumque vagis post terga silebo
 Pellibus, & nexas viridantem floribus hastis.
 Fama, ducem Jovis, & Cadmi de sanguine Bac-
 chum,
 Hac quoque turiferos, felicia regna, Sabeos,
 Hac Arabas sudisse manus; mox rumperet Hebræi
 140 Cum iuga, Thyrsagetas gelida liquisse sub Arcto.
 Illis omnis adhuc veterum tenor; & sacer eris
 Pulsus, & Eoæ memoratrix tibia pugne.
 Iungit opes Eumeda suas: sua signa securi
 Exomata, Torinique & flauis crine Satarchæ:

Mellis honos Torinis; ditant sua mulctra Satar- 145
chen;

Exomatas venatus alit; nec clarior ullis
Arctos equis; abeunt Hypanin, fragilemque per
undam.

Tigridis, aut seve profugi cum prole leana,
Mæstaque suspectæ mater stupet aggere ripa.
Impulit & dubios Phryxæi velleris ardor 150
Centoras; & diros magico terrore Choatras.

Omnibus in superos sevens honor; omnibus artes
Monstrificæ: nunc vere novo compefcere frondes,
Nunc subitam trepidis Mæotin solvere plaustris.
Maximus hos inter stygia venit arte Choastes: 155

Sollicitat nec Martis amor; sed fama Citææ
Virginis, & paribus spirans Medea venenis
Gaudet auerna palus, gaudet jam nocte quieta
Portitor, & toto veniens Latonia cælo.

Ibant & geminis æquantes cornibus alas 160
Ballonoti; comitumque celer mutator equorum
Mæsus; & ingentis frenator Sarmata conti:
Nec tot ab extremo fluctus agit æquore; nec sic
Fratribus adversa Boreas respondet ab unda;
Aut is apud fluviis volucrum sonus; athera 165

quantus

Tunc lituûm concentus agit, lymphataque miscet
Millia: quot folijs, quot floribus incipit annus.
Ipse rotis gemit intus ager; tremebundaque pulsu
Nutat humus: quatit ut saxo cum fulmine Phle-
gram.

Aa. 5

Jupi-

170 Jupiter, atque imis Typhœa verberat arvis.
 Prima tenent illuc patrijs Absyrtus in armis
 Et gener; ingentesque inter sua millia reges.
 At circa Æsoniden, Danaûm manus, ipsaque
 Pallas,

Ægide terrificam quam nec dea lassat habendo,

175 Nec pater horrentem colubris, vultuq; tremendâ
 Gorgoneo, nec semineces ostendere crines
 Tempus adhuc; primasq; sinit concurrere pugnas,
 Impulit hos contra Maiors pater, & mala leti
 Gaudia, Tesiphoneque caput per nubila tollens.

180 Ad sonitum litui, mediæque altissima pugna,
 Nec dum clara, quibus sese fuga mentibus addat.
 Illi ubi consortis junxere frementia telis

Agmina, virque virum galeis afflavit adactis;
 Continuo hinc obitus, perfractaq; cadibus arma,

185 Corporaque: alternus cruor, alterneque ruine:
 Volvit ager galeas, & thorax egerit umbres
 Sanguineos: hinc Barbarici glomerantur ornatu,
 Hinc gemitus, mixtaq; virum cum pulvere vitæ.
 Caspius Æeum correpro crine Monefen

190 Abstulit; hunc pariter Colchi, Graiq; sequuntur
 Missilibus: rapit ille necem, præadamq; relinquit:
 Nec socijs jam cura viri. Dipsanta Carefus,
 Strimonag; obscura spargentem vulnera funda,
 Deicit: Albani cadit ipse Chremedonis hasta:

195 Jamq; latet, currusq; super, turmaq; feruntur.
 Processere Melas, & Hidasmenus; incipit hasta
 Ante Melas: levis ast abies elusit utrumque;

Ensi-

Ensisbus inde ruunt: prior occupat aere citato
 Cassidis ima Melas; infracta est vulnere cervix;
 Mixta perit virtus: nescit cui debeat Oebreus, 200
 Aut cui fata Tyres: dum sibila respicit Iron,
 Cuspidis Argiva; Pyliam latere accipit hastam.
 Viderat Hircanos paribus discurrere fratres
 Castor equis; pater armento quos dives ab omni
 Nutrierat, faisque viam monstrarat iniquis: 205
 Tum magis atq; magis, pedirem candore notato
 Tyndariden incendit amor: simul obuius hastam
 Pectus in adversum graviter jacet alipedemque;
 Constitit excusso victor duce: risit abalta
 Nube pater, prensisq; equitem cognovit habenis. 210
 At pariter luctuq; furens, visuque Medores,
 Tyndariden petis; & superos sic voce precatur:
 Hunc, age, vel caso comitem me reddite fratri:
 Primus & hic nostra sonipes cadat impius hasta;
 Credita qui misero non retulit arma parenti, 215
 Meq; venit contra, captivag; terga ministrat.
 Dixerat. Actei sed eum prior hasta Phalarè
 Deicit: ad socios sonipes citus effugit alas.
 Quis tibi fatales umquam metuisset Amyclas;
 Oebaliamque manum tot Rhyndace montibus 220
 inter
 Diviso, rotidemq; fretis? cadit impiger unà,
 Inguine transfosso clari Taulantis alumnus
 Semidea genitrice Tages; cui plurima silvis
 Pervigilat materna soror, cultusq; laborat.
 Tenua non illum candentis carbasalini, 225

Non

- Non auro depicta clamis, non flava galeri
 Caesaries, pictoque iuvant subtemine braca.
 Jamq; novus media, stupefacta per agmina pugna
 Vidit eques, densa spargens hastilia dextras;
 230 Fulmineumque viris proturbans ingerit enses;
 Huc alternus & huc: cum se vior, ecce, juvenus
 Sarmatica coiere manus, fremitusq; virorum
 Semiferis, riget his molli lorica catenas;
 Id quoq; tegmen equis; agitur porrecta per armas,
 235 Et caput ingentem campis hostilibus umbram,
 Fert abies obnixa genu. vaditque virum vi,
 Vadit equum, docilis relegi docilisque relinqui,
 Atque iterum medios non altior ire per hostes.
 Orbibus hos rabidis, mollique per equora Castor
 240 Anfractu levioris equi, deludit anhelos,
 Inmemoresque mori: sed non hisdem artibus aequo
 Concurrunt, uliroque ruunt in funera Colchi.
 Campefus, impacta latus inter, & ilia quercu
 Tollitur, ac mediam moriens descendit in hastam.
 245 Oebasus infestum summisso poplite, Phalcan
 Evasisse ratus; levum per luminis orbem
 Transigitur; tenera liquuntur vulnere male.
 Contra autem geminis fidens thoracibus, ictum
 Sustulit, & gladio Sibores ferit ultima seli,
 250 Nequiquam: jam cuspis inest, nec fragmina curat
 Ambenus, & trunco medium subit Otreo ligno.
 Seminecem Taxes Hispanum vehit, atq; remissum
 Pone trahit fugiens, & cursibus exiit hastam:
 Dumq; recollectam rursus locat; irruit uliro,

Turba-

Turbatumq; Lacon, & adhuc invadit inermem. 255

Impulit adverso præceps equus Onchea conto,

Nequiquam totis revocantem viribus armos.

In latus accedit sonipes; accedit & ipse

Frigidus: arma cadunt; rorat procul ultima cus-
spis.

Qualem populeæ fidentem nexibus umbrae, 260

Si quis auem summi deducat ab arbore rami,

Antè manu tacita, cui plurima crevit harundo;

Illa dolis, viscoq;ne super correpta sequaci

Implorat ramos, atq;e irrita concitat alas.

Parte alia infestus (nam fors ita junxit) in armis 265

Styrus adest; letusq;e virum cognoscit Anausin:

Et prior: En cuius thalamis Æticia virgo

Dicta manet, nostrosq; feret qua victor amores:

En, ait, invitoq;e gener mutabere patri.

Tum simul adversas collatis cursibus hastas 270

Coniciunt: fugit adductis Albanus habentis

Saucius, atque datum leio non sperat Anausin,

Nec videt. ille autem; Telo moribundus adacto

Ad soceros, pactaq;e sinus, en, conjugis, inquit,

Styre fugis; vulnus referens, quod carmine nullo 275

Sustineat, nullisq;e leuet Medea venenis.

Dixerat: extremus cum lumina corripit error,

Voxque repressa gelu, percussaq;e vertice tellus.

Hinc animos acies auget; magnoq;e doloris

Turbine, Gesandrum Mauors rapit: ille morantes 280

Increpat, & stricto sic urget lazycas ense:

Nempe omnes cecidere senes, nempe, omnis ad-

smus

Ante

- Ante pater. que vos subito tam fœda senectus
 Corripuit, fregitq; animos, atq; abstulit iras?
- 285 Aut mecum mediam iuvenes, agite, ite per urbem
 Argolicamq; manum; aut claris occumbite fati.
 Irruit, & patrias cœptis ferus advocat umbras:
 Sancte mihi Vorapte pater tua pectora nato
 Suggere nunc, animamq; parem; si fata perosa
- 290 Tar da tibi, turpesque moras, non segnius ipsi
 Paruimus, parvig; etiam didicere nepotes.
 Hac ait, auditurq; Erebo: tunc corripit enses
 Turbidus, & Furijs ardens quatit arma paterni.
 Indigenis sacrat us aquis, magniq; sacerdos
- 295 Phasidis Arctoïis Aquites errabat in armis;
 Populeus cui frondis honor, conspectaq; glauco
 Tempora noduntur ramo; te Cyrne parentis
 Inmemorem dure cupiens abducere pugna;
 Jamq; omnes impune globos, diuersaq; lustrans
- 300 Agmina, quem querit, nusquam videt, atq; iu-
 rum intrat.
 Vociferans, iterum belli diuersa peragrat:
 Lancea cœruleas circum strepit incitâ vitas.
 Opprimit ammissis ferus hunc Gesander habentis.
 Ille maqum trepidans, atq; irrita sacra tetendit:
- 305 Teq; per hanc, inquit, genitor tibi si manet, oro
 Canicem, compesce minas, & sicubi nato
 Parce meo. dixit. contra sic victor adacto
 Euse refert: Genitor, turpi durare senectâ
 Quera mihi reris adhuc; ipse hac occubere dextra
- 310 Maluit, atq; ultro segnes abrumpere metas.

Et tibi si pietas nati, si dextra fuisset;
 Haud medijs precibus tereres nunc tempora belli,
 Præda future canum, juveni sors pulchrior omnis;
 Et certare manu decet, & caruisse sepulchro.

Dixerat, ille deos moriens, cælumq; precatur, 315
 Dexterâ ne misero talis foret obviam nato.

Te quoq; Canthe, tui non inscia funeris Argo
 Fleuit, ab invita rapientem vela carina:
 Jam Scythicos miserande sinus, jam Phasidicæ
 annem

Contigeras, nec longa dies, ut captâ videres 320
 Vellera, & Euboicis patrios de montibus ignes.

Illum ubi congressu subiit Gesander iniquos;
 Territat his: Tu qui faciles, hominumq; puisti
 Has Argive domos; alium hic miser afficis annū,
 Atricemq; nivem, festinaq; tedia vite. 325

Non nos aut levibus componere brachia remis
 Novimus, aut ventos opus expectare ferentes:
 Imus equis, quâ vel medio riget aquore partus,
 Vel rumpida premit Hister aqua: nec mœnia nobis
 Vestra placent: feror Arctois nam liber in aruis 330
 Cuncta tenens mecum: omnis amor, jacturaque
 plaustrî

Sola; nec hac longum victor potiere rapina.
 Ast epulæ quodcumq; pecus, quæcumq; ferarum,
 Mitte Asia, mitte Argolicis mandata colonis;
 Ne trepident, numquam has hiemes, hæc saxa 335
 relinquunt

Marius agro: subitam sævi duravimus annæ

Pro-

- Progeniem, natosq; rudes: ubi copia leti
 Tanta viris: sic in patrijs bellare pruinis
 Prædariq; iuvat, talemq; hanc accipe dextram.
 340 Dixit, & Edonijs nutritum missile venis
 Concitat: it me dium per pectus & horrida nexu
 Letifer era chalybs: trepidus super advolat Idas,
 Ac simul Oenides, pariterq; Menæius, & qui
 Bebricio propius remeavit ab hospite victor.
 345 At verò ingentem Telamon procul extulit orbem,
 Exanimem te Canthe regens: ceu septus in arto
 Dat catulos post terga leo: sic omnibus hastam
 & Acides, gressumq; tenet, contra que ruentem
 Septeno validam circumfert tegmine molem.
 350 Nec minus hinc urget Scythia: manus armaque
 Canthi,
 Quisq; sibi, & Grajo pœnam de corpore poscens:
 Ardius inde labos; medioque in corpore pugna
 Conseritur: magno veluti cum turbine sese
 Ipsius & Eolæ frangunt in limine venti,
 355 Quem pelagi rabies, quem nubila, quemque si-
 quatur
 Illa dies: obnixæ virum sic comminus heret
 Pugna; nec arrepto velli de corpore possunt,
 Ut bovis exuvias multo qui frangere olivo.
 Dat famulis; tendunt illi tractuq; vicissim
 360 Taurea terga domant: pingui fluit unguine tellus.
 Talis utrimque labos; raptatq; limite in arcto
 Membra viri miseranda meant. hi tendere con-
 irâ,

Et contrà; alternâq; virum non cedere dextra.
Hinc medium Telamon Canthum rapit; hinc tenet ardens

Colla viri, & molles galeæ Gesander habenas: 365

Insouit qua lapsa solo, dextramque fefellit.
Ille iterum in clypei septemplex improbus orbem
Arietat, & Canthum sequitur, Canthumque re-
poscit:

Quem manus à tergo socium rapit, atq; receptum
Virginis Euriales curru locat: aduolat ipsas 370

Ac simul Hamonide, Gesandrumq; omnis in unum
It manus: ille novas acies, & virginis arma
Ut videt, Hæc etiam contra bellabimus, inquit?
Heu pudor: inde Lycen ferit ad confine papillæ;
Inde Thoën, qua pelta vacat, jamq; ibat in Harpæ, 375

Vix dum prima levi ducentem cornua nervo,
Illabentis equi tendentem freta & Henippen:
Cum regina gravem nodis, auroq; securim
Congeminans, partem capitis, galeaq; ferine
Dissipat; hic pariter telorum immanis in unum 380
It globus: ille diu coniectis sufficit hastis:

Quin gravior, nunq; carens exterruit Idam.
Tunc ruit ut montis latus, aut ut machina muri,
Que scopulis, trabibusq; diu, confecta q; flammis
Procubuit tamen, atq; ingentem propulit urbem. 385

Ecce locum, tempusq; ratus, jamq; & sua posci
Prælia, falcatos infert Ariasmenus axes,
Sævâq; diffundit socium juga; protinus omnes
Grajugas, omnes rapturus ab agmine Colchos.

- 390 Qualiter exosus Pyrrha genus, equora rursus
 Jupiter, atq; omnes finitum si fundat habenas;
 Ardua Parnasi lateant iuga, cesserit Oibrys
 Piniger, & mersis decrescant rupibus Alpes.
 Diluvio tali paribusq; Ariasmenus urget
- 395 Excidijs; nullo rapiens discrimine currus.
 Egida tum primum utrogo spiramq; Meduse
 Tercentum sevis squalentem sustulit hydris,
 Quam soli vidistis equi: pavor occupat ingens
 Excussis in terga viris; diramq; retorquet
- 400 In socios non sponte luem: tunc ensibus uncis
 Implicat, & trepidos lacerat discordia currus.
 Romanas veluti saevissima cum legiones
 Teseiphone regesq; moveret; quorum agmina pilis,
 Quorum Aquilis utrimque micant, eademq;
 parentis
- 405 Rura colunt; idem lectos ex omnibus agris
 Miserat infelix non haec ad praelia Tybris.
 Sic modo concordēs, externaq; fata petentes
 Paradisi rapuere merus; sic in sua versi
 Funera concurrunt dominis revocantibus axes.
- 410 Non tam secula virum Laurentibus agmina terris
 Ejecere Noti; Libyco nec talis imago
 Litore, cum fractas involuunt aquora puppes,
 Hinc bijuges, illinc artus tenduntur heriles,
 Quos radij, quos frena secant; trahiturq; trahiturq;
- 415 Currus cede madens; atroq; in pulvere regum
 Viscera; nunc alijs, alijs nunc curribus haerent.
 Haud usquam Colchorum animi: neq; cura cavere

Telo; sed implicitos miserâq; in veste revinctos,
 Confodiant: ac forma necis non altera surgit;
 Quam cervos ubi non Vmbro venatur edaci
 Non penna petit, hærentes sed cornibus altis 420
 Invenit, & cæca constrictos accipit ira.
 Ipse recolletis audax Ariasmenus armis
 Desilit: illum acies curva secat undiq; falcis,
 Partiturq; rotis: atq; inde furentia raptus 425
 In juga, Circeos tetigit non amplius agros.
 Talia certatim Minyæ, sparsique Cytaei
 Funera miscebant campis, Scythiamq; premobât:
 Cum Iuno Æsonide non hanc ad vellera cernens
 Esse viam, nec sic reditus regina parandos, 430
 Extremam molitur opem; funesta priusquam
 Consilia, ac seras aperit rex. perfidus iras.
 Increpat & sevis Vulcanum mastâ querelis,
 Cujus flammiferos videt inter regia tauros
 Pascua, Tartaream proflantes pectore noctem. 435
 Hæc etenim, Minyas ne iungere Marte peracto
 Monstrâ, factis jubebat Cædnei dentibus hydri,
 Ante diem timet, & varias circumspicit artes:
 Sola animo Medea subit: mens omnis in una
 Virgine; nocturnis qua nulla potentior aris 440
 Illius ad fremitus, sparsosq; per avia succos
 Sidera fixa pavent, & avi stupet orbita Solis
 Mutat agros, fluviumq; vias; sinus alligat igni
 Cuncta sopor: recolit fessos ætate parentes,
 Datq; alias sine lege colus, hanc maxima Circe 445
 Terrificus mirata modus, hanc advena Phryxius

- Quamvis Athracio lunam spumare venens
 Sciret, & Hemonijs agitari cantibus umbras,
 Ergo opibus magnis, & virginitate tremendam,
 450 Inno duci sociam conjungere quarit Achivo:
 Non aliam tauris videt & nascentibus armis
 Quippe parē, neq; que medio stet in agmine flāma:
 Nullum mente nefas, nullos horrescere visus:
 Quid si cecus amor, servusq; accesserit ignis?
 455 Hinc Veneris thalamos, semperq; recentia fertis
 Tecta petit, visa jamdudum profilit altis
 Diva choris, volucrumq; exercitus omnis amorū.
 Ac prior hanc blandis supplex Saturnia dictis
 Aggreditur, veros metuens aperire timores
 460 In manibus spes nostra tuis, omnisq; potestas
 Nunc, ait; hoc etiam magis annue vera fatenti
 Durus ut Argolicis Tirynthius exsulat oris;
 Mens mihi non eadem Jovis, atque adversa vo-
 luntas.
 Nullus honor thalamis, flāmaeve in nocte priores.
 465 Da precor artificis blanda aspiramina forma
 Ornatuq; tuos; terra coeloq; potentes.
 Sensit diva dotos, jam pridem sponte requirens
 Colchida, & inuisi genus omne exscindere Phœbi.
 Tum verò optatus potitur; nec passa precari
 470 Ulterius, dedit acre decus, secundaq; monstribus
 Cingula, non pietas quibus, aut custodia fama,
 Non pudor: at contra levis, & festina cupido,
 Affa usq; mali, dulcisq; labantibus error,
 Et metus, & demens alieni cura pericli.

Omne, ait, imperium, natorumq; arma meorum 475
 Cuncta dedi; quascumq; libet nunc concute mētes.
 Cingitur arcanis Saturnia leta venenis,
 Atq; hinc virginē venit ad penetrālia sedis;
 Chalciopen imitata sono, formaq; sororem,
 Fulsit ab invita numen procul, & pavor artus 480
 Protinus, atq; ingens Aetida perculit horror:
 Ergo nec ignotis Minyas huc studibus, inquit,
 Advenisse soror, nec nostro sola parenti
 Scis socias junxisse manus? at cetera muros
 Turba tenet, fruicurq; virum cœlestibus armis. 485
 Tu thalamis ignara sedes, tu sola paterna
 Fixa domo? tales quando tibi cernere reges?
 Illa nihil contra: nec enim dea passa: manumque
 Implicat, & rapidis mirantem passibus aufert.
 Ducitur infelix ad moenia summa, futuri 490
 Nescia virgo mali, & falsē commissa sorori.
 Lilia per vernos lucent velut alba colores,
 Præcipue quis vita brevis, totinq; parumper
 Floret honor, fuscis & jam Notus imminet alis.
 Hanc residens alius Hecate Perseia lucis 495
 Flebat, & has imo referebat pectore voces:
 Deseris, heu nostrum nemus, æqualesq; ceteras
 Ab misera, ut Grajas haud spōte vageris ad urbes
 Non injussa tamen, neq; re mea cura relinquam:
 Magna fuge monumenta dabis: spernere nec usquā 500
 Mendaci captiva viro; meque ille magistrā
 Sentiet, & raptu famule doluisse pudendo.
 Dixerat. ast ille murorum exirenaa capeffunt,

- Defixæq; virum lituūmq; fragoribus horrent.
 301 Quales instanti nimborum frigore mæste
 Succedunt ramis, hæcent que pavore volucres.
 Jamq; Geta, jamq; omnis Iber, Dranceaq; densa
 Strage cadit legio, & latis prosternitur arvis:
 Seminecesque duces inter sua tela suosque
 310 Inter equos, sevam misero luctamine versant
 Congeriem, & longis campos singulibus implent.
 Victores contra patrum Peana Geloni
 Congeminant: eadem redeunt mox gaudia victis;
 Qua deus & melior belli respexit imago
 315 Quis tales obitus dederit, quis talia facta,
 Dic age, tuque feri reminiscere Musa furoris.
 Absyrtus, chypei radijs, curruque coruscus
 Solis avis: cujus vibrantem comminus hastam
 Cernere, nec galeam gentes potuerunt minantem;
 320 Sed trepide redeunt, & verso vulnera tergo
 Accipiunt, magnisq; fugam clamoribus augent:
 Proterit impulsit gravis agmina, corporaq; aris
 Sternit equis, gemitusq; premit spirantis acervi.
 Nec leuior comitatur Arois horrentia cuius
 325 Discolor arma super, squalentesq; ære lacertos,
 Barbarica clamis arcet æqu, tremefactaq; vento
 Implet equum. qualis roseis ut Lucifer alis,
 Quem Venus illustri gaudet producere cælo.
 At non inde procul Ramelus, & acer Otaxes,
 330 Dispuferant Colchos, pariterq; inglorius armis
 Fraude nova stabula, & furtis assuetus inultis
 Depopulare greges: frontem cum cornibus auxit

Hispidus, inq, dei latuit terrore Lycei.

Hac tunc attonitos facie defixerat hostes.

Quem simul ignota formidine bella moventem 535

*Vidit Aron; Pavidos te, inquit, nunc rere magi-
stros,*

Et stolidum periisse pecus: non pascua, nec spes

Hic tibi nocturnis, mirte hac simulacra, rapinis

*Neve deum mihi finge; deus quoque consere dex-
tram.*

Sic ait, intentaq, adjutum missile planta 540

Dirigit: & laxis patuerunt vulnera villis,

Nec minus Æolii proles Æeria Phryxi

*Fertur & ipsa furens; ac se modò leta Cytæis
Agminibus, modo cognatis ostentat Achivis.*

Atq, hos in medio duri discrimine belli: 545

Laudibus inque ipsis gaudens ubi vidi: Iason;

Maçte, ait, o nostrū genus, & jam certa progago,

Æolia nec opina domus: sat magna laborum

Dona fero, satis hoc visu quæcumq, rependo.

Dixi, & in Sueten, magniq, in fata Ceramni 550

Emicuit: clypeumq, rotans, hunc poplite caso

Deiecit; illum aperit lato per pectus hiatus.

Argus utrumque ab equis ingenti porrigit ictu

Et Zacorum & Phalcens peditem pedes haurit

Amastrum.

Sanguinis ille globos, effusaq, viscera gestat 555

Barbarus, & cassa frendens sublabitur ira.

Dat Calais, Barisanta neci, semperq, propinquas

Riphea venali comitantem sanguine pugnas.

- Centum letæ hominum bellator corpora, centum
 860 *Pactus equos; his ille animam lucemq; rependit*
Crudelis: tandem dulces jam cassus in auras
Respicit, ac nulla coelum reparabile gaza.
Labitur intortos per tempora ceruina crines.
Tunc quoq; materna uelatus harundine Pentron.
 865 *At genitrix imis pariter Meotis ab antris*
Implevit plangore lacus, natumque vocavit,
Jam non per ripas, jam non per curva volentem
Stagna, nec in medio truncantem marmore cervos.
Eurytus Exomatas agit equore. Nestoris haste
 870 *Immoritur primævus Helix; nec reddita caro.*
Nurrimenia patri, brevibus præreptus in annis.
At Latagum Zetenq; Daraps; illi exigit hasta,
Hunc fugat; ingentem subiri cum sanguinis undâ
Vidit, & extremo lucentia pectora ferro.
 875 *Ecce autem muris residens Medea paternis,*
Singula dum magni lustrat certamina belli,
Atque hos ipsa procul densa in caligine reges
Agnoscit, queritq; alios Iunone magistras;
 880 *Conspicit Esonium longè caput: ac simul acra*
Huc oculos, sensusq; refert, animumq; faventem.
Nunc quo se raperet, nunc quo diversus abiret
Antevidens; quotq; unus equos, quot funderet arma,
Orantesq; viros quàm densis sterneret hastis:
 885 *Quaq; iterum tacito sparsit vaga lumina vultu,*
Aut fratris querens, aut pacti conjugis arma,
Sævus ibi miseræ, solusque occurrit Iason.
Tunc his germanam aggreditur, ceu nescia, dictis:

Quis

Quis precor, is toto jamdudum fervere campo
 Quem tueor, quemq; ipsa vides? nā te quoq; tali
 Attonitam virtute reor. contra aspera Juno 590
 Reddit agens stimulis, ac diris fraudibus urget:
 Ipsum, ait, Esoniden cernis soror; equore tanto
 Debita cognati repetit qui vellerat Phryxi.
 Nec nunc laude prior generis, nec sanguinis usquā.
 Aspicias ut Minyas inter, proceresque Cytas 595
 Emicet effulgens, quantisque insulet acervis:
 Et jam vela dabit, jam litora nostra relinquet,
 Thessalie felicitis opes, dilecta que Phryxo
 Rura petens; eat atq; utinam, superetque labores.
 Tantum effata, magis campis intendere suadet, 600
 Cum datur, ardentisque viri percurrere pugnas.
 At simul hanc dictis, illum dea Marte secundo
 Impulit, atque novas egit sub pectora vires:
 Ora sub excelso jamdudum veritate conii
 Seva micant, cursusq; ardescit; nec tibi Perse, 605
 Nec tibi virgo, jube letabile sidus Achiva.
 Acer ut autumnii canis; iratoque vocati
 Ab Jove fatales ad regna injusta cometa.
 Nec sua Crethiden latuit dea, vimque recentem,
 Sentit agi membris, ac se super agmina tollit: 610
 Quantum ubi ipse gelu, magnoq; incannit imbre
 Caucasus, & summas abijt Hibernus in Arctos.
 Tunc verò stabulis qualis leo sevit optimis
 Luxurians, spargitq; famem, mutatq; cruores;
 Sic neq; parte ferox, nec cede moratur in una; 615
 Turbitus inq; omnes pariter furit: ac modo sevo.

- Ense, modò infesta rarescunt cuspide pugnae.
 Tunc & terrificis sudantem crinibus Hebrum
 Et Geticum Priona ferit: caput eripit Auchis,
 620 Brachiaq; & vastis voluendum mittit harenis.
 At genitus Jove compleat sua fata Colaxes;
 Jamque pater moesto conristat sidera vulu,
 Talibus egra movens nequiquam pectora curis.
 Hec mihi si dure natum subducere sorti
 625 Molior, atque meis ausim considerare regnis.
 Frater adhuc Amyci meret necesse cunctiaq; divum
 Turba fremunt, quorum nati cecidere cademq;
 Quin habeat sua quemque dies: cunctisq; negibus,
 Que mihi, supremos misero sic fatus honores
 630 Congerit, atq; animis mori ur̄n̄ ingentibus implet.
 Ille volat campis, immensaq; funera miscet
 Per cuneos: velut hiberno proruptus ab arcu
 Imber agens scopulos, nemorumq; operũq; ruinas
 Donec ab ingenti Bacchatus vertice montis
 635 Frangitur, ing; novum paulatim deficit annum.
 Talis in extremo proles Jovis emicat avos;
 Et nunc magnanimos Hypetiaona. Gestit homumque,
 Nunc Arinem Olbumq; necat: iam saucius Apren
 Et desertus equo Tydrumpedes excipit hasta
 640 Phasiadens; pecoris custos de more paterni
 Caucasus ad primas genuit quem Phasidis undas:
 Hinc puero cognomen erat; famulumq; ferebant
 Phasidis, inonso nequiquam crine parentes.
 Jamq; aliis instat at atrox; cum diva supremas
 645 Rumpit inq; in co. us, viciorq; advēnit Iason.

Excipit hunc seua sic fatus voce Colaxes:
 Vos Scythiæ saturare canes, Scythiæq; volucres
 Huc miseri venistis, ait: saxumque prehensum
 Illius & dextra gestamen, & illius ævi,
 Concussa molitur humo; quod regia Iuuo
 Flexit in admoti caput, infatunq; Monefi. 650
 Præcep̄s ille ruit: nato non depulit ictus
 Jupiter; Æsoniæ vulnus fatale sed hasta
 Per clypeum, per pectus abit: lapsoque cruentus
 Advolat Æsonides, mortemq; cadentis acerbat. 651
 Spargitur hinc miserisq; venit jam notus Alanis.
 At regina virum (neq; enim deus amovet ignem)
 Persequitur lustrans, oculisq; ardentibus hæret:
 Et jam leta minis præsentis imagine pugna,
 Castigatque metus, & quas alit inscicia curas: 652
 Respiciens, an vera soror: nec credere falsos
 Audet atrox vultus, eademq; in gaudia rursus
 Labitur, & seua trahitur dulcedine flamma.
 Ac velut antiè comas, ac summa cacumina silvæ
 Lenibus alludit flabris levis Auster: at illum 653
 Protinus inmanem misera sentire carina,
 Talis ad extremos agitur Medea furores:
 Interdum blanda direptu monilia divæ
 Contrectat, miseroq; aptat flagrantia collo,
 Quaq; dedit teneros aurum Furiale per artus; 654
 Deficit: ac sua virgo dea gestamina redit.
 Non gemmis, non illa levi turbata metallo
 Sed facibus, sed mole dei; quem pectore toto
 Fatis tenet: extremus roseo pudor errat in ore

- 675 Ac prior his: Credisne patrem promissa daturum?
 O soror, Argolicus cui dis melioribus hospes
 Contigit? aut belli quantum jam restat acerbit
 Heu quibus ignota sese pro gente periculis
 Obicit. hac fantem medio in sermone reliquit
- 680 Incepti jam luno potens, securaque fraudis,
 Imminet è celsis audentius improba muris
 Virgo, nec ablatam sequitur, queritve sororem,
 At quotiens vis dira ducum, densique repente
 Esoniden pressere viri, cumq; omnis in unum.
- 685 Imber ijs; totiens saxis pulsatur & hastis.
 Primaque ad infesti Lexanoris horruit arcus;
 Alta sed Esonium supra caput exit harundo,
 Teg, Caice pe. u. conjunx misera Caico
 Linquitur, & primo domus imperfecta cubili.
- 690 Regius Eois Miraces interpres ab oris
 Venerat, ut Colchos procul usq; Aetia Parthis
 Foedera donato non irrita jungeret auro.
 Tum juvenem terris Parca tenere Cytis,
 At subiti Mavortis amor: simul armiger ibat.
- 695 Semivir, impubemq; gerens, sterilemq; juvenem,
 Ipse pharetratis residens ad frena tapetis;
 Nunc levis infesto procurrat in agmina curru,
 Nunc fuga conversas spargit mentita sagittas.
 At viridem gemmis, & Eoa stamine silve
- 700 Subligat extrema patriam ceruice tiamam,
 Insignis manicis, insignis acinace dextro:
 Improba Barbarica procurrunt regmina planta.
 Nec latuore diu seivum spolia illa Syonem?

Perq̄, leuē & multo maculatam murice Tygrin
 Concita cuspis abit: subitos ex ore cruores 705
 Saucia Tygris agit, vitamq̄ effundit herilem:
 Ipse puer fracto pronum caput implicat arcu.
 Sanguine tunc atro clavis ignea, sanguine vultus
 Et gravida maduere coma, quas flore Sabæo
 Nurrierat, liquidoque parens signaverat auro. 710
 Qualem si quis aquis, & fertilis ubere terra
 Educat, ac ventis oleam felicibus implet,
 Nec labor assiduus, nec spes sua fallit alentem,
 Jamq̄ videt primam tenero de vertice si ondem:
 Cum subito immissis præcepit Aquilonia nimbis 715
 Venit hiems, nigraq̄, a vulsam tendit harena.
 Hæc secus ante urbem Miraces, atq̄ ipsius ante
 Virginis ora cadit: sed non magis illa movetur,
 Vnius ægra metus quam te Meleagre furentem,
 Quam Talaum videt, aut pugnas miratur Acasti, 720
 At satis hos ipse gentes, campiq̄, videbant
 Tempestate pari versis incumbere turmis.
 Ante oculos fuga fœda ducum, largiq̄, cadentibus
 Et cruor, & currus dominis ingentibus orbi.
 Non tulit hos Perseus gemitus, clademq̄, suorum, 725
 Tergaq̄, versa tuens, his cœlum questibus implet.
 Quid me jam patrijs ejectum sedibus istis
 Ut struerem pugnas, Scythiamq̄, in bella movere,
 Vos superi, vos augurio iussistis inani?
 Quid fratris meritis tua Jupiter omnia pœnas 730
 Promisere mihi? nobis Argoa parabas
 Scilicet auxilia, & tan. as conjungere vires.

- Sava quidem lucis miseris mora: dent tamen ora,
 Vnum illum mihi fata diem, quo fallere Achivos
- 735 Quisq; velit; quoq; hunc videam virtute superbū
 Esonidem, tantos flentem sine honore labores.
 Dixerat hæc, pectusq; suis everberat armis,
 Et galeam fletu, galeam singulibus implet:
 Ibat & in medijs præceps incendia belli;
- 740 Ni prior adversis Pallas vidisset ab armis;
 Et secum; Ruit ecce ferox in funera Perses,
 Quem genitor Colchis, solioq; reponere fratris
 Jam statuit; nostra vereor ne fraude parentum
 Increpet, & culpā hanc magno terrore rependat.
- 745 Hec dicens, atro nebulam diffundit amictu,
 Stridentesq; viri circum caput amonet hastas,
 Ille super socias clementi turbine gentes
 Erigitur, paullumq; levi raptatus in æthra,
 Jam tandem extremas pugne defertur in oras:
- 750 Fortè ubi serus Iber, Eshedonieque phalanges,
 Marte carent, solisq; juvant clamoribus agmen.
 Nox simul astriferas profert oprabilis umbras,
 Et cadit extemplo belli fragor: agraque muris
 Digreditur, longum viro perpeffa timorem.
- 755 Ut fera Nyctelij paullisper sacra resistunt
 Mox rapuere deum, jam jam quocumq; parate
 Thyades: haud alio remeat Medea tumultu,
 Atq; inter Græjumq; acies, patriasq; phalanges
 Semper inexpletis agnoscit Iasona curis,
- 760 Armag; quiq; cava superest de casside vultus.